Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uoluntate eius q̃ misit me: ut pficiam op̃ eius. Nonne uos dicitis q̃ ad huc q̃tuor menses sunt et messis uenit? Ecce dico uob̃: leuate oculos uros et uidete regiones; q̃a albe sunt iam ad messem. Et q̃ metit mercedem accipit: et aggregat fructum in uitam eternam: ut et q̃ seminat simul gaudeant et qui metit. In hoc enim est ꝑbum uerum: q̃a alius est q̃ seminat, et alius est q̃ metit. Ego misi uos metere q̃ uos non laborastis; alij laborauerunt, et uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum ꝓpter ꝑbum mulieris testimonium phibentis: q̃a dixit mihi omnia q̃cumq; feci. Cum uenissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eum ut apud eos maneret; et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum ꝓpter sermonem eius: et mulieri dicebant. Q̃a iam non ꝓpter tuam loquelam credimus; ipsi enim audiuimus et scimus, q̃a hic est uere saluator mundi.

Intende uoci orationis mee. Offertorium

Mens et os meum q̃m ad te orabo

Respice domine, Secreta.

Propitius ad munera q̃ sacramus; ut et tibi grata sint, et nob̃ salutaria semper existant. Co.

Qui bibit aquam quam ego do dicit dnus samaritane fiet in eo fons aq̃ salientis in uitam eternam. P̃ Co. uitam eternam.

Hanc domine proprio sacrificio munere a crimine, et ad celestia regna pducat. Fr̃ pop.

Oram q̃s opis dos; ut qui in tua pteccione confidunt, cuncta nob̃ adiuuantia te adiuuante uincant. Sabbato.

Verba mea auribus percipe domine intelligere clamorem meum intende uoci orationis mee. Ps. Quoniam ad te orabo domine mane exaudies uocem meam. Oro.

Oram q̃s opis dos: ut qui se afflig̃endo carne ab alimentis abstinent, se eiusdem iustitiam a culpa tenuent. P. Deo dauid ꝓphete.